



BOLETIN OFICIAL

DEL

OBISPADO DE MENORCA

Sumario.—Motu proprio: algunas leyes contra el modernismo y nueva fórmula de juramento, pág. 209.—Bendición papal, pág. 214.—Secretaría de Cámara: Circular anunciando Ordenes generales, pág. 214.—Crónica diocesana, pág. 215.—Bibliografía, pág. 216.

MOTU PROPIO

Quo quædam statuuntur leges ad Modernismi periculum propulsandum

Sacrorum antistitum neminem latere arbitramur, vaserimum hominum genus, modernistas, persona quam induerant illis detracta per encyclicas Litteras *Pascendi domini gregis*, (1) censura pacis in Ecclesia turbandæ non abjecisse. Haud enim intermiserunt novos aucupari et in clandestinum fœdus ascire socios, cum iisque in christiænæ reipublicæ veras opinionum suarum virus inserere,

(1) Dat. D. VIII Septembr. MCMVII.

editis libris commentariisque suppresso aut mentito scriptorum nomine. Hæc audaciæ maturitas, per quam tantus Nobis justus dolor, si perlectis iterum memoratis Litteris Nostris consideretur attentius facile apparebit, ejus moris homines haud alios esse quam quos ibi descripsimus, adversarios eo magis timendos, quo propriiores; ministerio suo abutentes ut venenatam hanc escam imponant ad intercipiendos incautos, doctrinae especiem circumferentes, in qua errorum omnium summa continetur.

Hæc lue diffuente per agri Domini partem, unde lactiores essent exspectandi fructus, quom omnium Antistitum est in catholicae fidei defensione laborare, summâque diligentia cavere, ne integritas divini depositi quidquam detrimenti capiat, tum ad Nos maxime pertinet Christi Servatoris imperata facere, qui Petro, cujus principatum, licet indigni, obtinemus, dixit: *Confirma fratres tuos*. Hæc nempe de causa, hoc est, ut in præsentis dimicatione subeunda confirmetur bonorum animi, opportunum duximus memorati Nostri documenti sententias et præscripta referre hisce verbis expressa: «Vos oramus et obsecramus, ne in re tam gravi vigilantiam, diligentiam, fortitudinem vestram desiderari vel minimum patiamini. Quod vero a vobis petimus et expectamus id ipsum et petimus acque et expectamus a ceteris animarum pastoribus, ab educatoribus et magistris sacrae juventutis, imprimis autem a summis religiosarum familiarum magistris.

I. Ad studia quod attinet, volumus probeque mandamus ut philosophia scholastica studiorum sacrorum fundamentum ponatur. Utiq; *si quid a doctoribus scholasticis vel nimia subtilitate quæsitum, vel parum considerate traditum: si quid cum exploratis posterioris ævi doctrinis minus cohærens, vel denique quoque modo non probabile; id nullo pacto in animo est ætati nostræ ad imitandum proponi.* (1) Quod si rei caput est, philosophiam scolasticam quom sequendam præscribimus, eam præcipue intelligimus quae a sancto Thoma Aquinate est tradita; de qua quidquid a Decessore Nostro sanc-

(1) Leo XIII, Encycl. Aeterni Patris.

tum est, id omne vigere volumus, et qua si opus instauramus et confirmamus, stricteque ab universis servari jubemus. Episcoporum erit, sicubi in Seminariis neglecta haec fuerint, ea ut in posterum custodiantur urgere atque exigere. Eadem religiosorum Ordinum moderatoribus praecipimus. Magistros autem monemus ut rite hoc teneant, Aquinatem vel parum deserere, praesertim in re metaphysica, non sine magno detrimento esse. *Parvus error in principio, sic verbis ipsius Aquinatis licet uti, est magnus in fine* (1).

Hoc ita posito philosophiae fundamento, theologicum aedificium extruatur diligentissime.—Theologiae studium, Venerabiles Fratres, quanta potestis ope provehite, ut clerici e seminariis egredientes praeclara illius exsistimatione magnoque amore imbuantur, illudque semper pro deliciis habeant. *Non in magna et multiplici disciplinarum copia quae menti veritatis cupidae objicitur, neminem latet sacram Theologiam ita principem sibi locum vindicare, ut vetus sapientum effatum sit, ceteris scientiis et artibus officium incumbere, ut ei inserviant ac velut ancillarum more famulentur* (2). Addimus haec, eos etiam Nobis laude dignos videri, qui, incolumi reverentia erga Traditionem et Patres ecclesiasticum magisterium, sapienti iudicio catholicisque usi normis (quod non aequae omnibus accidit) theologiam positivam, mutato ab historia lumine, collustrare studeant. Major profecto quam antehac positivae theologiae ratio est habenda; id tamen sic fiat, ut nihil scholastica detrimenti capiat, iique reprehendantur utpote qui modernistarum rem gerunt, quicumque positivam sic extollunt ut scholasticam theologiam despiciere videantur.

De profanis vero disciplinis satis sit revocare quae Deceptor Noster sapientissimus dixit: *In rerum etiam naturarum consideratione strenue adlaboretis: quo in genere nosrorum temporum ingeniose inventa et utiliter ausa, sicut jure admirantur aequales sic posteris perpetuo com-*

(1) De Ente et Essentia, proëm.

(2) Leo XIII, Litt. ap. X dec MDCCDLXXXIX.

mendatione et laude celebrabunt. (1) Il tamen nullo sacerorum studiorum damno; quod idem Decessor Noster gravissimis hisce verbis movit: *Quorum causam errorum, si quis diligentius investigaverit, in eo potissimum situm esse intelligat, quod nostris hisce temporibus, quanto rerum naturalium studiat vehementius ferreat, tanto magis severiores altioresque disciplinae defortuerit; quaedam enim fere in oblivione hominum conticescunt; quaedam remisse leiterque tractentur, et quod indignus est splendore pristinae dignitatis delecto, pravitate sententiarum et inmanibus opinionum portentis inficiuntur.* (2) Ad hanc igitur legem naturalium disciplinarum studia in sacris seminariis temperari volumus.

II. His omnibus praeceptionibus tum Nostri tum Decessoris Nostri oculos adjici oportet, quum de Seminariorum vel Universitatum catholicarum in aleatoribus et magistris eligendis agendum erit. Quicumque modo quopiam modernismo imbuti fuerint, ii, nullo habito rei cuiusvis respectu tum a regendi tum a docendi munere arceantur; eo si jam funguntur, removeantur: item qui modernismo clam aperte fovent, aut modernistas laudando eorumque culpam excusando, aut Scholasticam et Patres et Magisterium ecclesiasticum carpendo, aut ecclesiasticae potestati, in quocumque ea detrum sit, obedientiam detrectando: item qui in historicarum, vel archaeologica, vel biblica nova student: item qui sacras negligunt disciplinas, aut profanas anteponeere videntur. — Hoc in negotio, Venerabiles Fratres, praesertim in magistrorum delectu, nimia irrequiem erit animadversio et constantia; ad doctorum enim exemplum plerumque componuntur discipuli. Quare, officii conscientia freti, prudenter hoc in re et fortiter agitate. Pari vigilantia et severitate ii sunt cognoscendi ac deligendi, qui sacris initiari postulent. Procul, procul esto a sacro ordine motus amor: superbos et contumaces animos

(1) Alloc. *Pergratus Nobis* ab scientiar. cultores, VII martii MDC CXXX.

(2) Alloc., ut supra.

odit Deus! Theologiae laurea nullus in posterum donetur, qui statum curriculum in scholastica philosophia antea non elaboraverit. Quod si donetur, inaniter donatus esto. Quae de celebrandis Universitatibus Sacram Consilium Episcoporum et Religiosorum negotiis praepositum clericis Italiae tum saecularibus tum regularibus praecipit anno MDCCCXCVI; ea ad nationes omnes posthac pertinere decernimus. Clerici et sacerdotes qui catholicae cupiam Universitati vel Instituto item catholico non dederint, disciplinas, de quibus magisteria in his fuerint, in civili Universitate ne ediscant. Sicubi id permissum, in posterum ut ne fiat edicimus. Episcopi, qui hujus modi Universitatibus vel Institutis moderandis prosunt, curent diligentissime ut quae haectenus imperavimus, ea constanter serventur.

III. Episcoporum pariter officium est modernistarum scripta quaeve modernismum olent provehantque, si in lucem edita ne legantur cavere; si nondum edita, ne edantur prohibere. Item libri omnes, ephemerides, comentaria quoque hujus generis neve ad adolescentibus in seminariis neve auditoribus in Universitatibus permittantur: non enim minus haec nocitura, quam quae contra mores conscripta; immo etiam magis, quod christianaе vitae initia vitiant. Nec secus judicandum est de quorundam catholicorum scriptionibus, hominum ceteroquin non valae mentis, sed qui theologiae disciplinae expertes ac recentiori philosophia imbuti, hanc cum fide componere nituntur et ad fidei, ut inquit, utilitates transferre. Hae, quia nullo metu versantur ob auctorum nomen bonamque existimationem, plus periculi afferunt ut sensim ad modernismum quis vergat.

(Continuará.)



BENDICIÓN PAPAL

El Excmo. y Rvdmo. Sr. Obispo de esta Diócesis, celebrará Misa de Pontifical, Dios mediante, en la Santa Iglesia Catedral, el día ocho del próximo mes de Diciembre, fiesta de la Inmaculada Concepción de la Santísima Virgen y en virtud de las facultades benignamente otorgadas á S. E. Ilma por Su Santidad León XIII, de feliz memoria, dará al fin de la Misa la Bendición Apostólica, con indulgencia plenaria de todos los pecados, á los fieles que se hallen presentes.

Su Excia. Ilma. espera confiadamente que todos procurarán aprovecharse de esta gracia especialísima, disponiéndose al efecto con la recepción de los Santos Sacramentos de Penitencia y Comunión, según se requiere para poder lucrar la referida indulgencia.

Lo que por disposición de S. E. Ilma. el Sr. Obispo, mi Señor, se anuncia por la presente circular.

Ciudadela, 12 de Noviembre de 1910.

LIC. SEBASTIAN VIVES, *Arcediano, Srio.*

SECRETARÍA DE CÁMARA

CIRCULAR

El Excmo. é Ilmo. Sr. Obispo de esta Diócesis, ha determinado celebrar Órdenes generales mayores y menores en los días 16 y 17 del próximo mes de Diciembre, Témporas de Santo Tomás Apóstol. Por lo cual los as-

pirantes á dichos sagrados Órdenes, presentarán en esta Secretaría sus correspondientes solicitudes y demás documentos, de conformidad con lo dispuesto por Su Excia. Ilma. en su Elicto publicado en el número 174 de este BOLETÍN. Los exámenes tendrán lugar en el sitio de costumbre el día seis de dicho mes, á las diez y media de la mañana.

Lo que por disposición de S. E. Ilma., el Obispo mi Señor, se anuncia para que llegue á noticia de los interesados.

Ciudadela, 12 de Noviembre de 1910.

LIC. SEBASTIAN VIVES, *Arcediano, Srio.*

CRÓNICA DE LA DIÓCESIS

Accediendo el Excmo. Sr. Obispo de esta diócesis, á la atenta invitación del Excmo. Sr. Director general del Instituto Geográfico y Estadístico, interesa á todas las comunidades y entidades religiosas de este mismo obispado, que no se opongan á su inscripción en el Censo de población, que ha de verificarse el día 31 de Diciembre del corriente año.

Terminados los solemnes cultos tributados durante el mes de Octubre á Nuestra Señora del Rosario, han sucedido los que se acostumbran celebrar, durante el presente mes, en sufragio de las benditas almas del Purgatorio. Vigilias de Adoración nocturna al Santísimo Sacramento, novenarios, oficios solemnes y otros actos piadosos, forman el tesoro espiritual de ofrendas, dedicadas al auxilio y rescate de nuestros hermanos detenidos en aquel lugar de expiación.

Hállase en esta ciudad, el Rvdo. P. Pablo Bartoli, de la Compañía de Jesús, dedicándose, con gran celo y ferviente espíritu apostólico, á la dirección de Santos Ejercicios de Comunidades y asociaciones religiosas.

En el número anterior del BOLETÍN, se omitió hacer constar que continuará en el mismo BOLETÍN, la publicación de la suscripción para el Santuario de Monte-Toro.

BIBLIOGRAFÍA

Se ha recibido un ejemplar de la «Cartilla del Emigrante», obra premiada en concurso celebrado al efecto por la «Unión Ibero-Americana» y que la misma acaba de publicar.

El título de este libro, «Cartilla del Emigrante», indica los propósitos que con su publicación se persiguen: presentar recopilados en forma breve y sencilla las noticias cuyo conocimiento es más indispensable á todo aquel que se disponga á emigrar.

Como dicha Sociedad no persigue fin interesado alguno con dicho libro, que se reparte gratuitamente, se encarga á los que por su cargo tienen el deber de educar ó dirigir al pueblo, procuren la difusión de este libro, que la «Unión Ibero-Americana» enviará, libre de todo gasto, á quien lo solicite.



Imprenta del Sagrado Corazón de Jesús.—Ciudadela.